



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs An Possit dispensare, vt filij beneficia suorum parentum aliquo
modo obtinere possint. Allegatio LXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

19 Quando Eccleſiæ vetuſtate collapſa reparari nequeunt, ſunt in totum deſtruenda, & ubi erant, erigatur Crux, *Aloſ. Ric. d. reſolutio. 201.* vel ad alias Eccleſias tranſferantur, per quam tranſlationem non cenſetur facta vnio, idem *Aloſ. Ric. in dicta praxi aurea, reſoluit. 208.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Reſertur Concil. ſeſſ. 25. de reform. capit. 11. & reſeruntur Doctores de eius materia agentes.
- 2 Conciliaris Conſtitutio ſeſſ. 25. de reform. cap. 15. in quibus diſſertat à iure communi.
- 3 Clerici filius an prohibeatur obtinere beneficium, vel ſeruire tanquam capellanus amouibilis in Eccleſia, in qua eius pater, tanquam capellanus amouibilis, ſeu vicarius temporalis ſeruauit?
- 4 Ratio ubi eadem viget, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.
- 5 Verba proximalia inducunt cauſam finalem.
- 6 Naturales filij procreati tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, non poſſunt parentum beneficia obtinere.
- 7 Beneficium quando dicatur pater obtinere, ut in eo filius ſuccedere non poſſit oſtenditur.
- 8 Filius Presbyteri illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim eius pater abſque legitimo titulo, & minus pacifice aliquando poſſedit.
- 9 Diſpenſatio præſumpta, in qua fundatur regula de trienniali, non tuerit obtinentem beneficium in Eccleſia parentis ſui.
- 10 Filij Presbyterorum beneficia legitime obſenta retinere non prohibentur, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilij publicationem à vita migrarunt.
- 11 Filij non prohibentur obtinere parentis Eccleſiam, quæ acceſſorie alteri eſt vnita.
- 12 Filius illegitimus non prohibetur obtinere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obinebat.
- 13 Filius illegitimus non prohibetur ſuccedere in capellania, quæ abſque Episcopii auctoritate fundari ſolet.
- 14 Beneficium non poteſt obtinere filius illegitimus in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro ratione dignitatis.
- 15 Canonicatum non poteſt obtinere filius illegitimus in Eccleſia, ubi pater fuit canonicus.
- 16 Filij legitimi clericorum poſſunt adipiſci beneficia quacunque in eadem Eccleſia, ubi genitores habuerunt, vel etiam habent.
- 17 Parentes immediate conſequi poſſunt eadem beneficia, quæ eorum legitimi filij habuerunt.
- 18 Nepotes legitimi presbyterorum ex filio illegitimo poſſunt conſequi auorum beneficia.
- 19 Filius illegitimus beneficium patris poteſt obtinere ſi in eo mediate poſt triginta annos ſucceſſerit.
- 20 Miniſtrare, aut Epistolam canere, vel ſacriſta officio fungi in Eccleſiis parentum filij illegitimi nullo modo poſſunt.
- 21 Antiphonam ratione oneris beneficij alteri Eccleſiæ annexi filius illegitimus in eadem Eccleſia, ubi parens habet beneficium, canere non poteſt.
- 22 Proceſſionaliter poſſunt inſimul incedere pater & filius, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuerſarum Eccleſiarum.
- 23 Miſſam filius & pater poſſunt celebrare in ea-

dem Eccleſia dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.

24 Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Trid. cum patribus habitare.

25 Penſionem ſuper beneficio reſignato in fauorem tertij non poteſt pater impoſcere ſolucendam filio illegitimo.

26 Penſionem, quam parens obtinuit, vel aliam ſuper parentis beneficio non prohibetur filius illegitimus habere.

27 Penſio poteſt tranſferri in filium illegitimum à parente facultate habente illam tranſferendi.

28 Reſignationibus reciprocis debet Episcopus obſistere.

29 Reſignationes reciproca poſt Concilium in fauorem filiorum ſacienda prohibentur.

30 Diſpenſare non valet Episcopus cum illegitimis, ut habeant eadem beneficia, quæ pater habuit, nec ad habendum ea, quæ in eadem exiſtunt Eccleſia, in qua genitor habuit.

31 Diſpenſatio ut illegitimus valeat in Eccleſia miniſtrare, ubi pater habuit beneficium, debet eſſe in ſpecie derogatoria Bullæ Clem. 7^{mi}. & Concilij Tridentini.

32 Diſpenſatio vna non tollit omnes defectus.

33 Derogationes generales non operantur quando talia ſunt impedimenta, quæ difficiliorem reddere ſolent concedentem ad diſpenſandum.

EPISCOPIVS AN POSSIT diſpenſare, ut filij beneficia ſuorum parentum aliquo modo obtinere poſſint.

ALLEGATIO LXV.

1 **V**T paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis (quos maxime puritas, ſanctitasque decet) longiſſime arceatur: non liceat filijs clericorum, (qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio) in eccleſijs, ubi eorum parentes beneficium aliquod eccleſiaſticū habent, aut habuerunt quocunque (etiā diſſimile) beneficiū obtinere, nec in dictis eccleſijs quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorū, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere, ita Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 15. de cuius materia late ſteph. an. Gratian. diſcept. forenſ. ca. 397. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. Nic. Garc. de benef. p. 7. c. 3. Armend. in addit. ad recopil. legum Nauar. lib. 2. tit. 19. l. 1. de filijs presbyterorum n. 19. cum ſequentibus, Campan. in diuerſorio iuris Canon. rub. 11. cap. 13. à nu. 67. optime ſer. ipſum. dec. 1442.

2 In quinque diſſert prædicta Conciliaris conſtitutio à iure communi. Primo, quia non ſolum ratione ſucceſſionis, prout de iure communi, ſed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit prohibitio d. capit. 15. Secundo quod talis memoria longiſſime arceatur non ſolum immediate, ſed etiam mediate contra Abb. in cap. dilectus notab. 2. de filijs presbyter. Tertio quod non ſolum prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocunque etiam in diſſimili, dummodo ſint in eadem Eccleſia, contra ius commune, de quo Abb. in cap. ad abolendam poſt prius. de

filij presbyt. Quarto nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed & ministrare contra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur *Abb. in cap. cum decorem, de filijs presbyt.* Quinto quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij, contra ius commune, nam illo attento licebat parentibus renuntiare beneficiis ad fauorem tertij imposita pensione soluenda proprijs filijs, vt multis impulsus rationibus resoluit *Gig. in tract. de pensionib. quest. 86. numer. 5. vers. prædicti tamen non obstantibus*; ita referunt *Nicol. Garcia d. capit. 3. numer. 14. Armendar. d. loco n. 6.*

3 Circa primum scilicet, quod non solum ratione successionis, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit supradicta prohibitio, dubitari potest, an scilicet filius clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel seruire tanquam capellanus amouibilis in Ecclesia, in qua eius pater, tanquam capellanus amouibilis, seu vicarius temporalis seruauit, in qua quæst. affirmatiue respondendum videbatur, nam memoria incontinentiæ paternæ patiter viget, tam in illo, qui titulum beneficij habet, quam in eo, qui eam exercet absque titulo, quia in vtroque datur eadem ratio, ergo debet esse eadem iuris dispositio, illud, ff. ad legem Aquil. *Rebuff. in l. in lege censoria 203. §. item quæ, de verbor. signif. Gutier. præct. lib. 3. quæst. 17. numer. 84. cum sequentibus, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proam. n. 105.*

5 Facit deinde, quia illa verba Concilij sunt proœmialia, & inducunt causam finalem, ex text. in l. fin. & ibi *Dott. ff. de hered. instir. Bart. in l. 1. ff. de origine iuris*; hinc dicimus, quod sicut corpus ab anima, ita dispositio à proœmiali ratione regulatur ex l. 1. in l. qui quadringenta, col. 2. ff. ad Trebell. quod eo magis patet cum apponatur dictio, vt, quæ proprie causam finalem inducit, *Clem. vt hi qui, & ibi Cardin. notab. 1. de arate, & qualis. Clem. 1. de re iudic. cum alijs citatis à me ipso in meis Remiss. de dictionibus dict. 381. numer. 1. faciunt quæ in simili casu resoluit Flamin. de rescriptis. lib. 3. quæst. 5. numer. 9. cum sequentibus.* Sed his non obstantibus, quæ in puncto iuris veriora iudico, contrarium decisiū esse à sacra Cong. testantur *Armendar. d. loco numero 32. Nicol. Garc. d. cap. 3. numer. 72. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. d. numer. 24.*

6 Prædicta prohibitio locum habet in filijs naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, vt decisiū referunt *Garcia d. cap. 3. numer. 15. Armendar. d. loco n. 7. Balb. decis. 29.*

7 Qui per procuratorem apprehendit possessionem beneficij, aut canonicatus, etiam si nunquam in Ecclesia ministraverit, aut fructus perceperit, dicitur beneficium, vel canonicatum obtinere, ad hoc, vt filius in eadem Ecclesia alterum canonicatum, aut beneficium obtinere non possit, referunt decisiū *Armendar. d. loco numero 20. & 44. Nicol. Garc. d. cap. 3. nu. 56. Campanil. d. cap. 13. numer. 67.* Si tamen de canonicatu, aut beneficio prouisus Apostolicas litteras non expedit, nec possessione habita alteri cessit vigore Apost. prouisionis, aut illud reliquit, non dicitur habuisse ad prædictum effectum *Armendar. & Campan. d.*

locis proxime citatis. Nicol. Garc. d. cap. 3. nu. 56. in 2. & 3. declar.

8 Filius presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim eius pater absque legitimo, titulo & minus pacifice aliquando possedit *Nicol. Garcia d. cap. 3. numer. 59. Armendar. d. loco num. 23.*

9 Præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de triennali non habet locum in hac materia, cum huiusmodi præsumpta dispensatione beneficium possidentes contra dispositionem Concilij in d. cap. 15. possessionem suam tueri non valcant, vt referunt decisiū *Garcia d. capit. 3. numer. 88. Armendar. d. loco numero 42.* Episcopus enim si filium presbyteri in Ecclesia paternā intrulum reperierit assignato ei competenti termino ad docendum de dispensatione Apost. si forte ea suffultus existat, potest eum amouere, non obstante quacumq; possessione, quia nulla data dispensatione Apost. est ipso iure priuatus *Gratian. d. capit. 397. numer. 31. & 32. vbi numer. 35. resoluit quod non sufficit qualibet dispensatio, nisi in specie dispenseretur ad obtinenda beneficia, in Ecclesia in qua pater, &c. Collatio enim huic facta est ipso iure nulla, s. 47. decis. 1. de constit.*

10 Non prohibentur presbyterorum filij beneficia retinere legitime obtenta in eisdem Ecclesijs, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilij publicationem à vita migrarunt, vt referunt decisiū *Nicol. Garcia d. cap. 3. numer. 43. Armendar. d. loco numero 10. vel obtinere dimilerant Farinac. decis. 81. in nouis.*

11 Nec etiam prohibentur obtinere Ecclesiam filialem dependentem, seu aliàs vnitam Ecclesiæ matri, cuius pater fuit Rector, modo vnio sit facta accessorie, & per viam subiectionis Ecclesiæ matri, & pater in ea non ministraverit, prohibetur tamen obtinere vnitam æque principaliter, aut si in vtraque pater ministravit, referunt decisiū *Garcia d. cap. 3. n. 62. Armendar. d. loco n. 24. Campan. d. c. 13. n. 67. vers. cum vero.*

12 Filius illegitimus non prohibetur obtinere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, *Achil. de Gratias decis. 1. de filijs presbyt.*

13 Nec prohibetur succedere in capellania, quæ fundari solet, maxime in Hispania, absque aliqua Episcopi vel alterius superioris auctoritate, vt in illis succedant clerici de parentela, *Gonzal. d. glos. 5. num. 33. & seq.*

14 Excluditur vero ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat *Garcia d. cap. 3. nu. 66. Armendar. d. loco num. 27.*

15 Item etiam non potest obtinere canonicatum in aliqua Ecclesia, vbi pater fuerit canonicus, *Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. super defectu natalium num. 37. & 38. Azori. institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 16.*

16 Attento iure communi iuxta veriorē opinionem filij legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quæcunque in eadem Ecclesia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, vt probat text. in capit. ad hæc, de filijs presbyt. & tenet *Hofst. in sum. tit. de filijs presbyt. numero 5. Calder. conf. vni. eod. tit. Felin. in cap. in nostra, sub num. 13. vers. tertium Corol. de rescriptis, Rebuff. d. tit. d.*

diſpenſat. ex defectu natal. num. 37. non illa quidem, quæ patres obtinuerant, ſed diuerſa in eiſdem Eccleſijs, quibus inferuerant, Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. quaſtion. decima ſexta, & cum hac opinione videtur manere diſpoſitio Concilij Trident. d. capit. decimo quinto, dum ſub illis verbis, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, continet expreſſam licentiam reſpectu legitimorum adſpicendi dicta beneficia in ipſa Eccleſia ubi parentes alia poſſident, effectus enim argumenti à contrario ſenſu, validiſſimus eſt, præcipue cum contrarium non ſit in iure expreſſum, iuxta citata iura, & doctores in libello de principijs, & locis communibus utriuſque iuris verbo argumentum, numer. 131. Sed melius de iure communi dicerem huiusmodi legitimos clericorum filios paterna beneficia immediate obtinere non poſſe iuxta cap. ex tranſmiſſa & cap. ad extirpandas de filijs preſbyt. & illa ſuffragatur ratio, quod Apoſtolicum eſt decretum inhibens filios ſuccedere in paternis beneficijs, ne ſucceſſio in Eccleſia Dei ſit hæreditaria, capit. Apoſtolice, 8. quaſtion. 1. Quod quidem admitterem, etiam de iure nouiſſimo Concilij d. capit. decimo quinto, quod cum loquatur de filijs ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, quoad legitimos remanet ius antiquum incorrectum, h. præcipimus, C. de appellat. & ita docent Nauarr. in capit. ſi quando, except. 21. numer. 2. de reſcript. Salzed. ad Bernard. cap. quadrageſimo octauo. numer. 3. Pat. decif. 225. libro tertio Fr. Emman. quaſtion. regul. tom. 1. quaſtion. 13. artic. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. numer. 33. Nicol. Garcia d. cap. 3. numero 18. referunt decifum Armendar. dicto loco numer. 4. addit. eiſdem Garc. d. capit. 3. numer. 29. in fine. Verum poſt hæc ſcripta inueni decifum fuiſſe apud ſeraſphin decif. 1442. numer. 6. filiis legitimis non prohiberi obtinere diuerſum beneficium in eadem Eccleſia, ſed idem quod pater obtinuit, idque immediate.

17 Ex eadem ratione ſunt, qui teneant parentes immediate conſequi non poſſe eadem beneficia, quæ eorum legitimi filij habuerunt, eo quod ipſam ratio prohibitionis militat ne eccleſiaſtica beneficia hæreditario iure poſſideantur; nam ubi eſt eadem ratio ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. illud. ff. ad legem Aquili. l. illud C. de ſacerdot. eccleſ. cum citatis per Farin in fragmen. crimin. littera E. num. quinquageſimo primo cum ſequentibus, Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. par. 2. numero 6. cum infinitis propemodum alijs citatis in libello de principijs, & locis communibus utriuſque iuris, littera R. numero ſexto. Sed contrarium communi Doctorem calculo recipitur, vt per Campan. dict. cap. 13. numer. 78. Fr. Emman. in ſumma. tom. 1. cap. 25. num. 4. in fine, & tenuit Rota coram ſeraſph. d. decifio. 1442. Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 28. & decifum referunt addit. eiſdem Garc. d. cap. 3. n. 29. in fine, Armendar. d. loco num. 4. vbi etiam allerit tentum patrem nulla diſpenſatione indigere ad obtinendum immediate beneficium filij legitimi.

18 Quoad nepotes tamen dictam prohibitionem extendi docet gloſ. 1. in d. cap. ad extirpandas, & in d. c. Apoſtolicam 8. quaſt. 1. vbi Archid. num. 1. Guillemus Benedic. in repetit. cap. Raymutius, de teſtamentis, verbo & uxorem, numer. 693. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 48. littera A. Rebuff. de paſſificis poſſeſſ. numero 266. & ſequenti, Leſſius de iuſtitia libro ſe-

cundo capite trigefimo quarto numero 91. Sed verius eſt attenda iuris communis, & Concilij diſpoſitione non comprehendere nepotes legitimis preſbyterorum ex filio illegitimo reſpectu beneficij aui, prout reſoluunt Cenall. quaſtion. 796. a. numer. 9. Pſolin. de poſteſt. Episcop. capit. 50. §. 7. numer. 2. & §. 8. numer. 2. Nau. conſ. 9. numer. 9. ſub tit. de filijs preſbyt. ſpin. in ſpeculo teſtamentorum gloſ. 3. a. numer. vigefimo tertio. Garcia Gironda de priuilegijs explicat. numer. 1049. ſayr. de cenſuris libr. ſexto capit. 10. numero 46. Azor. inſtitutionum moralium, p. 2. lib. 6. cap. 4. quaſt. 17. ſeraſphin. d. decif. 1442. numer. 11. Stephan. Grati. d. cap. 397. numer. 6. & cenſuiſſe Rotam Rom. allerit Nicol. Garc. d. cap. 3. numer. vigefimo ſecundo, & decifum fuiſſe in ſacra Congr. attenduntur idem Garcia in addit. d. numer. vigefimo ſecundo. Galetius in margarita caſ. conſcient. verbo beneficium, primo, Armendar. d. loco numero 1. Campanil. d. cap. 13. numer. 76. In nepote vero illegitimo ex filio illegitimo, idem dicendum videtur, quod ſcilicet minime prohibeatur obtinere beneficium, quod auus habuit, prout decifum referunt Garcia d. cap. 3. numer. vigefimo ſeptimo Armendar. d. loco numero tertio. Sed hæc reſolutio non caret dubitatione ex eo, quia in d. capit. 15. Conc. Trid. adeſt verbum, longiſſime, quod excludit omnem perſonam, etiam mediatam propter quod idiplum fuiſſe decifum refert Campanil. d. numer. 76. Sed primæ declarationi ſtandum eſt, prout tenet Garcia d. nu. 27.

19 Circa ſecundam differentiam inter conſtitutionem Conciliarem, & ius commune, ſupra relata notandum eſt, memoriam paternæ continentię arceri debere, itaut neque mediate, neque immediate liceat filio in patris beneficio ſuccedere, prout denotant præmialia Concilij verba ſupra relata: Ego tamen moderarer huiusmodi prohibitionem ad illum ſolum caſum ſi alius per triginta annos mediate ſucceſſerit, quia tunc cum lapſu huius temporis memoria paternæ incontinentię ex medio tolli videatur, tunc filium poſſe in patris beneficio ſuccedere conſequens videtur, prout docet Gonzalez ad regulam 8. Cancell. gloſ. 5. num. 35.

20 Circa quartam differentiam notatam filios illegitimos in Eccleſijs parentum quoquo modo miniſtrare non poſſe, vt diſponit Concil. d. cap. 15. procedere, vt nec Epistolam canere, aut Sacriſtæ officio fungi poſſint: aut vt ſimplex cantor muſica in eadē Eccleſia canere, prout decifum referunt Nauar. conſ. 1. q. 17. ſub tit. de conſtit. ſayr. decif. 1. ſub eodē tit. quem refert Aloyſ. Rice. in collect. decifionum collect. 1367. verſu amplius p. 4. Garc. d. c. 3. n. 68. Armendar. d. loco n. 29. Steph. Gratian. d. c. 397. n. 26. cū ſeq. vbi n. 28. Teſtatur, quod nec etiam antiphonā in eadem Eccleſia canere poteſt ratione oneris beneficij alteri Eccleſiæ annexi. An vero filius illegitimus laicus, qui in Eccleſia, in qua pater nec beneficium habet, nec penſionem: ſed vt cantor muſicæ tantum in ea Eccleſia cantat, cōprehendatur huiusmodi prohibitione: affirmatiue decifum fuiſſe referunt Garcia d. n. 68. Armendar. d. loco n. 28.

22 Non impeditur, quin pater, & filius poſſint inſimul proceſſionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuerſarum Eccleſiarum. Verum ſi proceſſionaliter accederet ad Eccleſiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo

ministrare, referunt decum Nicol. Garcia d. cap. 3. numer. 3. declaratione Armend. d. loco numero 30. Vbi autem sunt Collegiata Ecclesia, quarum decani & Canonici vigore statuti ad Cathedrali accedunt ad certas processiones, in certis diebus festis anni, & inibi canunt vnum versiculum, non potest filius illegitimus canonici Cathedralis ad Decanatum, vel Canonicatum illarum Collegiarum eligi: quia quomodo inferuire dictae Cathedrali videtur: ita referunt decum Campanil. d. cap. 13. n. 67. vers. & quia, Garcia d. c. 3. nu. 69. Armend. d. loco n. 31.

23 Non prohibetur tamen, quin pater & filius possint Missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea; sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, decum referunt Campanil. vbi proxime, Garcia d. cap. 3. numer. 73. Armend. d. loco numero trigesimo tertio.

24 Filios illegitimos clericorum non perhiberi à Concilio Trident. cum patribus habitare tenent Garcia d. cap. 3. numero 74. Armend. d. loco n. 35. vbi refert in Episcopatu Pampilonensi prohiberi lib. c. tit. de filiis presbyt. fol. 27. de suis constitutiones synodales; & ita credo non esse molestiam exhibendam illegitimo presbytero celebranti Missam ob quodam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio, ita Garcia d. capit. 3. numer. 73. Armend. d. loco n. 34.

25 Circa quintam differentiam, iam supra notauimus de iure antiquo licere patribus renunciare beneficia, quae obtinebant, ad fauorem tertij, imposita pensione soluenda proprijs filiis illegitimis, quod quidem de iure nouissimo Concilio Trident. non est licitum, vt constat ex dicto cap. 15. in quo prohibetur filium illegitimum posse habere pensionem super beneficio, aliàs à patre obtento, quod non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt, vt referunt decum Nicolaus Garcia d. cap. 3. numer. 46. Armend. d. loco numer. 14. & 15. vbi numer. 15. resoluit illegitimum beneficiatum in Ecclesia, in qua pater simile vel dissimile beneficium habuit, eo mortuo ante Concilij publicationem non posse ex vigore cuiuscunque eius dispensationis ante Concilij publicationem obtinere, obtinere aliud beneficium, dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiae aliud beneficium, quod sibi competere, veluti antiquiori: acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per Concil. sublatis remanet indispensatus, de quo etiam Nicol. Garcia d. capit. 3. numer. quinquagesimo tertio.

26 Pensionem tamen, quam parens obtinuit, vel in beneficio in quo habuit illam pensionem, non vetari illegitimam prolem habere defendit Steph. Gratian. d. cap. 397. quam refert Campanil. d. cap. 13. numer. 70. & post Nauar. resoluit Seraph. decis. 1442. nu. 15.

27 Si vero pater habeat facultatem transferendi pensionem posse illam transferre in filium illegitimum resoluit Gig. de pensio. q. 86. n. 5. Flamin. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 21. & 22. Gonzal. ad regul. 8.

Cancellaria glos. 5. §. 5. n. 22. & 23. P. Azor. Instita moral. p. 2. lib. 8. ca. 8. q. 7. Nic. Garc. d. cap. 3. n. 34. Steph. Grat. d. cap. 397. n. 1. & 7. Aloys. Ricc. d. p. 4. collect. 1367. in fine. Potest aliquando euenire, vt scilicet Antonius legitimus obtinens canonicatum illud resignet in fauorem Nicolai referuata pensione super parochiali, quam obtinet pater ipsius Nicolai, hac referuatio comprehenditur decreto d. cap. 15. & sic pater in fraudem consensit pensioni, ita decum fuisse attestantur Garc. d. c. 3. num. 8. Armendar. d. loco n. 41.

28 Episcopus debet maxime obuiare reciprocis resignationibus, quas prohibet & abominatur Conc. Trid. d. cap. 15. vers. ad hac reciproce, de quibus agunt Nau. conf. 5. de renunciat. Emman. Rodero. in sum. p. 1. cap. 56. n. 9. & faciunt quae Flamin. de resignat. lib. 14. q. 9.

29 Praedita tamen prohibitio loquitur tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorem filiorum faciendas, vt referunt resolutum Garc. d. c. 3. n. 82. in 3. respons. Armendar. d. loco n. 5.

30 Cum huiusmodi illegitimis dispensare non valent Episcopi, vt habeant eadem beneficia, quae pater habuit, teste staphile. de litteris gratia, tit. de qualitat. & statu benefic. vers. 1. quod sit illegit. Geminian. in cap. 1. n. 8. vers. in glos. ibi de filiis presbyt. in 6. glos. fin. in d. c. ad abolendam, neque ad habendum ea, quae in eadem existunt Ecclesia in qua genitor habuit, aut in praesenti retinet beneficium, quia ad fauorem illegitimorum (etiam ante clericatum paternum natorum, solus Papa non ipsi Episcopi largiri queunt huiusmodi facultatem, vt ait glos. verbo patris, in c. 3. de filiis presbyt. glos. ult. in c. conueniente, eod. tit. Mandos. tract. signatur a gratia sub tit. de dispensatione ad beneficia in ecclesia, in qua pater, refert & sequitur Campanil. d. lib. 11. cap. 13. n. 87.

31 Et dispensatio debet esse in specie derogatoria Bullae Clementis VII. & Concilij Trident. vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium Rebuff. in praxi tit. de dispensat. super defectu natalium n. 24. & 55. vna enim dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot debent esse dispensationes, quot obstacula, Gemin. conf. 33. numer. 8. Cassad. decis. 9. numer. 4. de praebend. Rot. decis. 233. p. 1. Neque generales derogationes, & clausulae operantur quando talia sunt impedimenta, quae difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum Felin. in cap. nonnulli, numer. 21. vers. quinta conclusio, de rescript. Alex. conf. 195. numer. 10. libr. 2. Menoch. de arbitrar. casu 203. n. 12. quo fundamento ita in terminis resoluit Aloys. Ricc. in praxi anrea resol. 369.

§ V M M A R I V M.

- 1 Vnio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore ob utilitatem, seu necessitatem facta annexio.
- 2 Vnio quibus modis fiat, ostenditur.
- 3 Vniri beneficia sua diocesis non exempta, potest ex legitimis causis Episcopus.
- 4 Legatus à Latere potest beneficia sua provincia, qua conferre valet ex causa rationabili, & legitima vnire.
- 5 Capitulum sede vacante potest vnire sicut Episcopus, dummodo sibi non veniat, & nihil pereat de iure episcopali.
- 6 Episcopi inferiores possunt vnire existente primice.